

AD LECTOREM.

tabula enim cuiusque artis propria, non aequali significatu, ab omnibus scientiarum asseculis usurpari solent, recte non usurpata, facile in errores abeunt. Hinc operis hujus verba, proximis constellationibus passim apposita incautum pessime decipiunt; nec enim Alphrad navis scuto, nec Aben Ezra Agitatori, sed hoc levobovis oculo, illud lucide Hydræ convenit. Vnâ etiam significatione, plures aliquando appellantur siderationes: cum Sirio & Procyone Perseus canis; Spica cum Arcturo Azimech; Lyra cum Milvio vultur cadens denominatur: Similia offendens plura, qua certè ad veritatem indagandam, majorumque scriptorum dicta perspicienda, multum prodesse possunt. In effingendis asterismorum imaginibus, quantum fieri potuit, veterum depinximus ornatum, cultumque antiquitatis amatoribus, forsan per-acceptum, & idoneum; hinc poëtarum quorundam deprehensio-
dens argutias, temporum locorumque descriptiones, alias longissimi obductas periodis, elicies, nullo denique labore Rom. Imp. saecula, cum hodierna rerum vicissitudine comparabis. Sunt Tabula secundum recentiorum opinionem duodequinquaginta, in quibus integra, & saepius quoq; terminantia aspices sidera, sine & cum delineatione, forme cuiuslibet certæ. Effigiatam si cognoscere nescis stellationem, sine imagine solis descriptam stellis aggredere, faciem totam, eadem quâ cœlum, charta tibi haec subministrabit, positione; modo etiam compendiosiori, cum primis stu-
diosis, variis cognitionum gratiâ regiones, obeuntibus, accommodatiōri, cum nulla ferme difficultate, ab una in aliam devehantur Academiam; Sphaeris seu globis magno pretio coemptis, nec dum aptè (ut plerumq; solet) accommodatis idem efficere ne qui-
dem datur. Tres continet partes, Borealem, Zodiaci, Austrinam,
Circulos quinque parallelos, quorum extremi sunt Arcticus, &
Antarcticus, utring sequentes Tropicī, Aestivus Cancri, Brumalis.

B

Capri